

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Libri historiarum quatuor [Rerum Romanarum epitoma] a [Joanne] Cuspiniano castigati cum ind**

**Florus, Lucius Annaeus**

**Vienne, 1511**

Seditio caii gracchi. Ti. XV

[urn:nbn:de:bsz:31-270805](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-270805)

## LIBER

quia depulsam agris suis plebem miseratus est: ne Populus Romanus gentium victor: urbisque possessor: latibus ac focis suis exularet, & quacunq; mente rem ausus ingentē: Postq̄ rogationis dies aderat ingenti stipatus agmine rostra cōscendit: nec deerat obuia manu tota inde nobilitas/ & tribuni in partibus/ sed ut intercedētem legibus suis/ Cneū Octaviū uidet Graccus cōtra/ fas: collegii ius: potestatis iniecta manu depulit rostris, adeoq; presenti metu mortis exterruit: ut abdicare se magistratu cogeretur: Sic triumphū creatus diuidendis agris/ cū ad perpetranda cepta/ die comitoriū prorogari sibi uellet imperium: obuia nobiliū manu corūq; quos agris mouerat cedes a foro cepit. Inde cum ī capitolii profugisset: plebemq; ad defensionē salutis suae manu caput tangens hortaretur: praebuit speciem regnū sibi & diadema poscentis: atq; ita duce Scipione Nasica concitato in arma populo: quasi iure oppressus est,

## SEDITIONO CAII GRACCHI, TI. XV.

**S**tatim & mortis & legum fratris sui uidex: non minore impetu incaluit Caius Graccus/ q̄ cum pari tumultu atq; terrore plebem ī auitos agros arcesseret: & recentem Attali haereditatem in alimēta populo polliceret, Iamq; nimius & potens/ altero tribunatu secunda plebe uolitarēt: abrogare auso legibus suis Minutio tribuno: fretus comitum manu: fatale familiae suae Capitolii inuasit. Inde proximo cede pulsus: cum se ī Auentinum recepisset: inde quoq; obuia senatus manu ab Opimio consule oppressus ē. Insultatū quoq; mortis reliquis/ & illud sacrosanctum caput tribuni plebis: percussoribus auro pensatum est,

## SEDITIONO APVLEIANA, TI. XVI.